

mus, omnia in hunc locum dicta erunt, quæ Critices auxilio possilio possumus. Eo scilicet nos ducit Te, Lector, iuvandi studium!

Scribe: - - - - - *nec Teucris REDDITA Juno*  
*Usquam aberit.*

Tuam fidem, Apollo, nonne ego divinus!

*Additus & redditus* librariorum oscitans natio confudit aliquid aliquando. Vid. si tanti est, Broukhuf. ad Tib II, 2. 22. Sententia verborum eorum congruit cum ea, quam adjecimus proxime. Vel sic accipienda erit: *Erit: Et Juno Teucris reddita nusquam aberit Teucris.* Juno hostis rursus ab Tus ab Teucris agnosceretur, nec locus Italiae, quo aberit, invenietur. Quid ais? Idais? Lector, rides conatum nostrum *πολύτροπον*? Vicissim ego rideo, neque tneque te, neque alios conari valuisse, quod nos perficere valuimus. Rem vide: m vide modo, & quanti sit sapere, intelliges. Tantum ex Critica penu,

Joculari, ut reor, armorum Criticorum velitationi satis dat: satis datum est: Satius nunc erit, ut telam malimus commentationis hujus detexere et exere, quam prædiscendo illa bella serria in campo Critico *κορυβαυτιᾶν* Dæv Dispiciamus, si firmo tibicine fulta satis est lectio vetus, quam titubet ac ibet ac vacillet lectio nudius tertius & a sepia calami Heumanniani orta:

*... nec Teucris (addit) Juno*  
*Usquam aberit.*

Gratulor aliis, in exquirendis & perferutandis veterum monumeronumentorum singularibus locis, si adeo felices fuerint, ut tam importunam, tam im, tam somnolentam historici interlocutionem *addit* in medio & perpetuo, in eouo, in concitato & enthusiastico vaticinantis sermone invenerint. Equidem ne fam ne fando audivi. Plebecula *βανάσων*, imo extrema cavea altior gens scio, is scio, ad tertium quodque in ferendis sermonibus verbum formulam historichistoricam, *ait, inquit, dixit* &c. iterat & repetit, at similem Poetarum principi principi qui dat balbutiem, in nassam suam vix me pertrahat. Suam sibi talium talium auctor rem habero. Locus ex *Æn. VI. 854 ἀπροσδιονύσως* allegatur. *atur.* Anchisis umbra in Elyfio sermonem habet. Dixerat. Sermonem subsem subsequebantur non obscura admirantium auditorum indicia, gestus, nutus, finutus, significationes. Admiratio tanta stimulis excitat novis Anchisen, ut sen; ut sermone novo plura admirabilia pandat. Optime hic quadrat:

*Dixerat Anchises, atque hæc mirantibus addit. Addere, scildere, scio, apud poetas de chria, de sermone qui facto adnectitur, adhibetur. Æetur. Æn. II. 591. narrat Æneas de Venere, matre sua:*

*dextraque (me) prebensum*  
*Continuit, roseoque hæc insuper addidit ore.*

Non

